

te venisse diviso tra Cappellani del Capitolo, come usavasi in tutte le nostre Chiese.

955) Millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo, indictione sexta, die XI Maj. In Cancell. Quar., ad Chart. 94.

*Confirmatio Custodum S. Marci per hæc verba.*

Per Ill.<sup>m</sup> & Excelsum DD. Andream Dandulo Dei gratia inclytum Venetiarum Ducem, approbati & confirmati fuerunt in Custodes Basilicæ S. Marci presbyter Jacobus de Bononia, & presbyter Lazarus Urso S. Severi: & per ipsum D. Ducem datae fuerunt eis claves Ecclesiæ supradictæ, quas reverenter de suis manibus receperunt, recognoscentes eas solum ab ipso, & promittentes, quod nulli umquam ipsas, vel ea quæ sub sua custodia sunt scilicet, consignabunt, nisi ipsi D. Duci, vel successoribus suis, vel quibus duxerit ordinandum, & quod de ipsis facient & disponent sicut præcepit dictus D. Dux: qui illico eis præstant jurementum, quod bona quæ ipsis fuerunt consignata per Procuratores Ecclesiæ S. Marci, & eorum successores nomine ipsis D. Duci, fideliter conservabunt. &c.

Datum in Ducali Palatio &c.

956) *Alia Confirmatio Custodum.*

Eodem die ac modis per Ill.<sup>m</sup> D. D. Andream Dandulum inclytum Ducem Venetiar. fuit confirmatus in Custodem dictæ Ecclesiæ S. Marci quidam presbyter Bartholomæus loco presbyteri Lazari Custodis superscripti, qui renunciavit ipsum Officium, ut patet in Commemorali quinto ad Cart. XIV, anno millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, Indict. XII, die 24 mensis Januarii,

*Alia*